

Bibliothèque numérique

medic@

**Desnoues, Guillaume-Raymond -
candidat / Le Vacher, François
Guillaume - président. - De laesione
aponevroseon**

1764.

***Paris : Typis P. AL. Le Prieur,
Regii Chirurgorum Collegii
Typographi.***

Cote : ms 2343, n°2



Licence ouverte. - Exemplaire numérisé: BIU Santé
(Paris)

Adresse permanente : [http://www.biusante.parisdescartes
.fr/histmed/medica/cote?ms02342_ms02346x02x0002](http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?ms02342_ms02346x02x0002)

DE LÆSIONE APONEVROSEON.

THESES ANATOMICO-CHIRURGICÆ,

Quas, DEO JUVANTE, & Præsidi M. FRANCISCO-
GUILLELMO LE VACHER, Artium & Chirur-
giæ Magistro, Regiæque Chirurgorum Academiæ Socio,
tueri conabitur GUILLELMUS-RAYMUNDUS DESNOUES,
Parisinus, in almâ Universitate Parisiensi Artium Liberalium
Magister, Primariorum tum olim Nosocomii Parisiensis,
tum nuperrimè Castrensiûm Chirurgorum Coadjutor.

P A R I S I I S,

IN REGIIS CHIRURGORUM SCHOLIS,

Die 17^a Martis, à sesqui-secundâ post meridiem ad septimam.
Anno R. S. H. 1764.

P R O A C T U P U B L I C O

E T


M A G I S T E R I I L A U R E A.



Typis P. A. L. L E P R I E U R, Regii Chirurg. Collegii
Typographi.

M. DCC. LXIV.

B



DE LAESIONE APONEVROSEON.

T H E S I S

ANATOMICO-CHIRURGICA,

Quae, Theod. Juvanti, & Frider. M. FRANCKO-
GUILLEMOLE VACHER, Artium & Chirur-
gie Magistro, Regioe Chirurgorum Academiæ Socio,
inter ceteros G. HILFRIUS-RAYMUNDUS DESNOUES,
Præfatus, in alia Universitate Parisiensi, & in Libralibus
Magistro, Primætorum tum olim Napolæonæ Parisiensis,
tum nuperis Cæsarum Chirurgorum Coadjutor.

P A R I S I S,

IN REGIIS CHIRURGICORUM SCHOLIS,

Die 17^{te} Martii, à Jussu-secundis post mortem ejusdem
anno R. S. H. 1784

PRO ACTU PUBLICO

ET

MAGISTERII LAUREA.




Typ. P. A. F. P. L. R. R. Regi. Chirur. Collegii

Typographi

M. DCC. LXXIV.

B



D. O. M.

DE LÆSIONE APONEVROSEON.

THESES

ANATOMICO - CHIRURGICÆ.

SUI sunt singulis corporis humani partibus affectus, sui morbi, peculiariaque symptomata; nec omnibus omnia remedia competunt. Non eadem sunt vulnera capitis atque thoracis; alia abdominis, alia artuum esse norunt, at diversæ etiam partis uniûs cuiusque continentis aut contentæ læsiones agnoscendæ sunt. Frustrâ ille & periculose medicaretur qui comprehensos unico titulo morbos, unâ eademque medelâ tentaret, nec parùm Arti Chirurgicæ offecisse videntur Autores, qui morbos toto cœlo dissimiles uno cognomine describunt curantque. Tales sunt imprimis illæ quas hic tractandas suscipimus, Aponevroseon affectiones, quas ipsi

A

meras inter partium nervosarum læsiones retulerunt. Et si enim in pluribus conveniunt, nervorum Aponevroseonque affectus externi, in pluribus tamen discrepant atque dissentiunt. Quam ob rationem plus nervei dicerentur quam musculosi? Cum tendines Aponevrosesque fibris nerveis & carneis æquè instruantur; cum partes illæ suo textu, suâ vitâ, suâ irritabilitate & sensibilitate gaudeant, ac cæteræ quælibet omninò discoloræ & dissentaneæ; cum aliundè constet eadem prorsus supervenire accidentia corporis œconomix, quandò ligamenta patiuntur, quorum supposita cum nervis identitas meritò procul abjicitur.

LÆSIONES variæ esse debent ratione structuræ partium maximè, nec eadem est partium Aponevroticarum fabrica, atque ligamentorum, nervorum, cutis, membranarum atque periostei &c. Musculi nomen ab antiquis inditum illis partibus quæ motui spontaneo inserviunt, à muris excoiati effigie depromptum est, indèque hujus organi terminationes caput caudaque musculi nuncupabantur. Extrema autem illa prout in linteï, teretisve chordæ modum expanderentur, tum propter albedinem sensibilitatemque nerveam, & firmiorem textum, tensionemque majis apparentem, Aponevroses aut tendines audiverunt. Verum non omnes omninò musculi in ejusmodi expansiones abeunt; plurimæ partes Aponevrosis nomine indigitantur, quæ nequè caput, neque cauda sunt musculi ullius, sed quia partes illæ continuæ sunt musculis, quia ubi læduntur, iisdem comitantur symptomatis, eadem fata subeunt, eademque medelâ sanantur, quia in his perfecta quantum mens humana valet organorum similitudinem attingere, similitudo advertitur, jurè meritòque Aponevroticæ judicantur.

CONSTANT illæ quotquot sunt ex fibris musculis carneis nerveisque, intertextis vasis sanguineis, lymphaticis, ac serosis. Neque est in toto corpore pars his firmior strictiorque, aut magis tensa & ad tractus opportuna, varios & multiplices locos occupant, eoque plus minusve corporum externorum insultibus objiciuntur, quò pluribus aut paucioribus præsiidiis obteguntur atque muniuntur. Quæ capitis verticem & latera tegunt, aut artus superiores & inferiores, aut latam posticorum lumborum regionem obvolvunt, eæ longe faciliùs alienis viribus impetuntur, multò tutiores latent quæ cæteris

5

carnibus reconduntur ac proteguntur. Cæterum Aponevroses insertionis puncta musculis suppeditant, trahuntque partes potentiùs tendinibus, ut potè quæ *curtioribus* musculis aptiores sunt, & latiori margine semper inhaerent ossibus, cæterisque diversis adminiculis suis, musculares fibras coërcent aliæ, & idèò organorum istorum actionem & vires adaugent.

LÆDUNTUR Aponevroses instrumentis pungentibus, secantibus scindentibus, urentibus, contundentibus, rodentibus. Indè prima læsionum Aponevroticarum classis, in puncturas, sectiones, scissiones, ulsiones, contusiones, rosiones distinguenda. Altera species ab accidentibus desumitur & concomitantibus symptomatis læsionem. Hinc Aponevrotica vulnera dividuntur in simplicia, composita & complicata. Solutio continui simplex est Aponevrosidis divisio nullo alio stipata morbo; composita divisionem multiplicem ponit, aut cum alio malo componitur, sed eadem medelâ profligando; complicata, aliâ læsione stipatur aliam exigente medendi rationem, tertia species à figura læsionis est, & magna parva ve dicitur, longitudinallis aut transversalis, vel partes scinduntur rectâ & æquè dividuntur, vel lacerantur ac dilaniantur, indèque quarta species exoritur in læsionem æquam aut laniatam, in periculofam & minùs exitialem.

RARÒ admodùm accidit magna solutio simplex in Aponevroticis, quippè quod, ut dividantur, instrumentum lædens integumenta ante solvat oportet, id est, vulnus saltem in cutè faciat. At non ita infrequens est parva læsio ex parte rudiorum in Arte Chirurgicâ tironum, ubi male ductâ lancæolâ sanguinem è brachio detrahunt. Vulnus enim cutaneum cum morbus minimè censendum sit, id ubi accidit, simplex est Aponevroseos punctio, aut laceratio; in reliquis partium Aponevroticarum læsio componitur aut complicatur assiduè. Ingentiores verò in illis partibus strages edunt gladii decertantium in duellis, aut acinaces depræliantis equitatùs inter hostiles exercitus, globi sclopetarii ac præsertim tormentarii cum obliquè partes tangunt commoventque, tunc enim vulnera adfunt periculofissima, & contusiones in lethalem gangrænâ citò citiùs desinentes, quemadmodùm militantibus accidit quos licet globo fulmineo tacti fuerint, ab aëre compresso & contundente interfectos esse huc usquè, falsò putatum est.

Cum pleraque instrumenta quibus partes Aponevroticae laeduntur, oculis pateant, ipsorumque vires sat facile mensurari possint, vulnorum imprimis, contusionumque diagnosi minimè difficilis est, & ardua minimè. Illud autem dilucidius affectionem declarat, quod saevissima nec parùm terrifica symptomata consequuntur. Statim atque enim vel levissimè pungitur membrana quaelibet Aponevrotica, dolor oritur obtusus quandoque primùm, aliàs vividissimus, qui ex affectâ parte ad alias brevissimo temporis momento permeat transque fertur, tumores elevantur cum sensu caloris intolerabilis; sequitur stupor in vicinis, nervosumque genus in toto corpore conturbatur, undè partes in consensum tractas, singulares pro genio suo motus, exercere videas admirabundus. Hinc febris violenta sæpè, deliria, convulsiones, spasmi, rubor dolorque assiduò crescunt, & gangræna partis & mors certò comminatur. Ista porrò phænomena non explicanda esse censemus quia partes Aponevroticae nerveæ sunt, non enim majis componuntur ex nervis quàm cutis v. g. & aliæ partes corporis, sed quia ibi nervi quam maximè tenduntur: ex illâ namque tensione majori necessario sequitur partes tantò difficilius externæ tractioni cedere, vel & illi quæ ab ipsis partibus divisæ exoriri consuevit. Notitia locorum in quibus Aponevroses, tendines, ligamenta reperiuntur diagnosim adjuvat, sic & cognitio causarum in illas partes agentium, cum vehemens motus longè majorem effectum habere debeat, quam tardior aut debilior.

PROGNOSIS autem læsionum partium Aponevroticarum ab accidentibus maximè repetenda. Nulla est vel levissima punctura, quæ plus minùsve gravibus symptomatis non stipetur, undè patet nullum esse in illis partibus vulnus, quod periculo suo vacet. Nisi enim præsentibus indicationibus illicò fiat satis, pessima continuò majis ac majis accidentia debacchantur, quæ vulnerato mortali brevioribus horis fata cient. Non attamen omnes Aponevroseon affectiones eadem & paria minantur infortunia: non obstantibus enim paribus accidentibus, mediocri faciliùs, modò præstò sit Chirurgus, medetur, quàm magnæ, adeoque minus est à minori læsione periculum. Scissuræ etiam & sectiones æquæ, nec dilaniantes, remediis citò & ritè applicatis cedunt, idèoque nec tam lethales aut exitiosæ censendæ sunt. Enormes verò harumce partium contusiones aut

lacerationes ; quales è tonantibus belligerantium tormentis eructantur, immedicabili gangrænâ siderantur ut plurimum & fatales frequentissimè sortiuntur exitus cum propter ipsiusmet partis affectum, tum propter infandas, quas sub cute in musculis, & in ossibus creare amant strages adeò metuenda fulmina. Chirurgus igitur qui rectum de talibus affectibus iudicium ferre desiderat, ille symptomata eorum atque accidentia, instrumenta etiam & causarum impetum, effectus tandem quoscumque sensibiles quàm attentissimè considerare atque perponderare debet religiosissimè.

APONEVROSEON læsiones curandi rationem exhibent variam, pro naturâ & situ læsionis, pro gravitate & intensitate symptomatum. In genere non parùm juvant sanguinis missiones plus minùs-ve iteratæ, pro vulnerati viribus atque temperaturâ, potus aquosus & diluens, diætâ austera, quandòque etiam narcotica congruunt. Pars læsa interim medicamentis obtegatur aliquandò relaxantibus, aliquandò resolventibus &c. Pro circumstantiarum varietate, verùm sæpè sapiùs adhibitis suprà dictis auxiliis ingravescunt symptomata, multiplicantur accidentia, partes ad extremam tensionem ductæ nisi resistere non valentes tonum amittunt, liquores defectu percussione stagnantes vergunt ad putredinem, pars gangrænâ corripitur, ultima salus tunc remanet in ferro aut igne quæ quidem remedia etsi crudelia habeantur, accidentia tollunt dum modò juxtà leges artis admoveantur.

ANATOMICA ET CHIRURGICA.



35 A. pariterque horum indicibus non tantum signa quandoque, necesse, ac fulcrum præbere, sed inter se diversimodè coniuncta, varium functionum ad hunc finem pertinent. Hæc sunt, ut dispositio, propriis, ligamentis, articulis ossi, motuque quodammodo, etiam si illi hanc, et ad alios fines conformata, ad invicem moventur, et aliis, ut in articulis, necessarii ergo multiplex, flexio, et extensio, etiam si illam inter se coniunctio.

Q. 3. A. si læsionem remota non possit, ab omni functione laesio, nec a sua repositio, vel sit quando ossa inter se

